



Universitätsbibliothek Paderborn

Ōrigenus Tōn Eis Tas Theias Graphas Exēgētikōn Apanta Ta Ellēnisti Heuriskomena

Cui idem præfixit Origeniana, Tripartitum opus, quo Origenis narratur vita,
doctrina excutitur, scripta recensentur

Origenes

Rothomagi, 1668

II. Excutitur ejusdem de Eucharistia opinio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-25059

A omnibus à Christo fuisse concessam, quicunque noxios ter reprehenderint. Ita Tomo 12, p. 275, omnem Christi discipulum petram esse ait super quam Ecclesia Christi adficatur; cœli claves perfectis quibusque tribus; & quæcumque tandem Petro pollicitus est Christus adepturum, quisquis Petro similem se præstiterit. Verum posteriora hac allegorice dicta esse, non dogmatice, illud evincit quod subest: *εἰ τὸ λεῖψαν τὴν [οὐ εἰ ὁ χριστός οὐδὲ τὸ σῶμα τοῦ χριστοῦ] ἀπέκλεισεν τὸ πατέρα τὸν φίλον αὐτοῦ, αὐτὰ τὰ ἐπὶ τοῦ πατέρος τοῖς Εἰρηναῖς τὸ εἰρηνικόν, τὸ εἰρηνικόν τοῦ Δασκάλου τοῦ λεῖψαν τὸν φίλον τοῦ πατέρος τοῦ διδάσκαλον, τοῦ πατέρος τοῦ Χριστοῦ τοῦ θεοῦ τὸν φίλον τοῦ πατέρος τοῦ διδάσκαλον.* Ostendunt idem & sequentia, in quibus portas Inferi esse peccata, hæreses esse Dæmones, regna cœlorum virtutes esse dicit. Priore autem, quem laudavimus, loco, licet ligandi & solvendi potest. statim omnibus tribuat, quicunque ter peccantes corripuerint; peculiari tamen modo, & pleniori potestate, ac potiori iure Petrum id concessum fuisse vult, cum in uno duntaxat cœlo solvere illos & ligare posse affirmet, Petrum autem in omnibus. Adde easdem apud Patres sacerdotum locutiones occurtere, quæ ad rectam itidem interpretationem revocanda sunt. Irenæus libr. 4. cap. 20. *Omnes iusti sacerdotalem habent ordinem.* Tertullianus libr. De exhortatione castitatis, cap. 7. *Nonne & Laici sacerdotales sumus?* Scriptum est: *Regnum quoque nos, & sacerdotes Deo, & Patri suo fecit.* Gregorius Nyssenus libr. De perfectione: *ἡ τούτη τοῦ Θεοῦ τοῦ καυστήρος τοῦ μετεντεύσαντος μητρός τοῦ θεοῦ διατάσσεται, εἰ τὸ θεῖον τὸν τοῦ αρπάγοντος αὐτούς τούτον.* Per hec & his similia nos quoque petra erimus, imitantes, quoad eus fieri potest, in mutabili natura, quod constans & immutabile est. Ambrosius Comment. in Luc. 9. *Qui carnem C vicerit, ecclœsi fundamentum est, & si aquæsi Petro non posset, imitari potest.* deinde: *Magna antea Christi gratia, qui omnia propter vocabula sua Discipulis ipsi donavit: Ego sum, inquit, lux mundi;* & id tamen, quo ipse gloriat, Discipulis nomen induit; dicens: *Vos etsi lux mundi: Ego sum panis vivus;* & *Nos omnes unus panis sumus: Ego sum vitus vera;* & tibi dicit: *Plantavi te uitam fructuam omnem veram.* Petrus est Christus? (Bebebant enim de spiritali sequente petra; petra autem era Christus;) etiam Discipulo suo hujus vocabuli gratiam non negavit, ut & ipse sit Petrus, quod de petra habeat soliditatem constantiam, fidem firmitatem. Emilia ergo ut & tu petra sis. Augustinus libr. 2. Quæst. Evang. cap. 40. *Sacerdotium vero Iudeorum nemo fere fidelium dubitat figuram fuisse sacerdotij regalis, quod est in Ecclœsi, quo consecrant omnes pertinentes ad corpus Christi, summi & veri principis Sacerdotatum.* Nam nunc & omnes angusti, quod tunc Regibus tantum & Sacerdotibus fiebat. Et quod D ait Petrus ad Christianum populum scribens: *Regale sacerdotiorum, utrumque nomen illi populo convenire declaravit, quo illa undio penitiebat.* Ligandi quoque & solvendi potestatem eorum omnium, qui peccantes fratres objurgationibus incœlunt, communem esse volunt Augustinus De verbo Domini, Homil. 15. Theophylactus in Matth. 18, 18. & Anatolius Nicenus Quæst. 61.

E II. Magnis vero & repetitis controversijs vexatus est ille Origenis de Eucharistia locus, quem hic Tomo 11. in Matth. p. 253, 254, exhibemus. Summa illius hæc est: Quemdam obiicit sibi dicentem, cum iuxta Christi pronuntiatum quod in os intrat, hominem non inquinat, ita quod in os intrat, hominem sanctum non efficere, licet secus de pane Christi simpliciores sentiant. Respondeat Origenes, quemadmodum non cibus edentem inquit, sed ejus conscientia cui cum dubitatione comedit; & quemadmodum impuro homini mundum nihil est, non ex se, sed propter impuri hujus hominis immunditiam; ita quod per verbum Dei, & precem consecratum est, non ex se comedentem efficere sanctum, alioquin & ei qui peccatis pollutus comedit, sanctitatem collaturum; sed ex eo tum emolumenntum capi, cum pura mente, & integra conscientia accipitur: neque abstinentia ab hoc pane vel euudem comedendo, ex hac abstinentia vel efi, bono aliquo nos fraudari vel augeri, sed ita duntaxat si vel nequam vel probi sumus, dicens Paulo 1. Cor. 8, 8. *Neque enim si manducaverimus, abundabimus; neque si non manducaverimus, deficitus.* Subjungit præterea, quemadmodum in ventrem demittitur, quod intrat in os, ac deinde eniçtur in secessum; ita panem consecratum, secundum id quod materia concretum huic inest, in F ventrem demitti, & eici in secessum, sed per precationem quæ illi accessit, utilem comedenti effici pro ejus fidei portione; nec panis materiam, sed prolatum super eo sermonem, eum juuare, qui non indigne ipsum comedit. Denique panem illum, typicum & symbolicum corpus appellat. Reliqua ad eum corporis Christi spiritalem pertinent, non sacramentalem ut superiora, contra quam opinatus est Vincentius Belluacensis Specul. doctrinal. libr. 18. cap. 43, Origenem hac de causa immitto castigans. Facilis est loci hujus iuxta Ecclesiæ doctrinam expositiō: nam ut ex corporis Christi efi adjumentum quis capiat, non efi ipse suffici, sed integra præterea & intaminata mens requiritur, alioquin judicium sibi manducat & bibit, qui noxii pollutus ad altaris sacramentum accedit. Itaque non ex se solum & simpliciter edenti sanctitatem confert, sed ita, si ab edente certa fides, & purus animus adhibeantur. Similiter homq; hoc abstinenſ Sacramento, vel quod

nondum sibi sit satis probatus , vel quod nondum justam attigerit etatem , vel alia quavis A legitima de causa , detrimentum ex hac abstinentia non capit ; imo nec bono aliquo inde privari aut Origenes ; quod ita intelligo : cum homo nondum sibi satis probatus , vel aliquis criminis sibi conscientius , si ad altaris Sacramentum accedat , judicium sibi inanducet & bibat , atque ex hoc eflu & potu mortem animae sue conscientiat , nedum fructum aliquem inde percipiat , sequitur ut si haec reformatans Sacramento abstineat , bono aliquo non privetur , dum non sumit corpus Christi ; cum malum tantum fuisse naturus , si sumisset . Materia autem constans illa panis pars , quam in secessum ejiciat , ea sunt accidentia materiae panis inherentia & ejus propria , quae corrupta a stomacho , & in novam converta , substantiam vel in secessum abeunt , vel humani corporis formam induant . Precautionem vero illam , que panem comedentibus utilem efficit , & sermonem super pane B prolatum , quid aliud esse dicam , quam mystica illa verba , quibus panis consecratur , & quae *λύτρων* ac mysticam precem nonnulli Patres appellant ? quia preicationem , licet non expressam , involvunt , qua Deum rogar Sacerdos ut prolatas a se mysticis verbis idem efficiat , quod fecerit olim , cum eadem ipse proferret . Atque per haec cum panis in corpus Christi efficiatur conversio , comedentem accidentia illa minime juvant , sed per mystica illa verba fit , ut eflu corporis Christi adiuventur . Typicum denique & symbolicum corpus appellat , vel quod sub specie & similitudine panis delitecat ; & cum corpus Christi re ipsa sit , typo & symbolo panis esse videatur : quod idem est ac si sacramentale dixisset , quia non nudum Christi contingimus corpus , sed sub symbolis involutum . Quapropter sic disserit Adamantius : *tibi & in Novo Testamento litera . C* que occidit cum , qui non spiritualiter quae dicuntur adverterit . Si enim secundum literam sequaris bec ipsum quod dictum est : *Nisi manducaveritis carnem meam . & bibere sanguinem meum ; occidi bice litera .* Spiritualiter haec intelligi jubet , quia sacramentaliter carnem suam manducari & sanguinem suum bibi sancit Christus , non quo modo carnes alias dentibus comminuimus .

Albert. De responsione hujus roburi infrigit Edmundus Albertinus , cum ait negare illuc Ori-
genem comedи carnem Christi secundum literam ; quifquis autem comedit Christi car-
nenem , hec non in propria specie & figura comedat , Christi tamen carnem secundum lite-
ram comedere . In superior enim carnem Christi cum comedere secundum literam , qui
illam non in propria specie & figura comedit : nam comedere secundum literam , illud
est , ita comedere , quomodo elculente comedere consuevimus , nimurum ori inferta den-
tibus permolere , lingua versare , palato degustare , gula sorbere , in ventriculum demissa
concoquere , intestinis excepta a facibus fecernere , & in corporis alimentum distribuere .
Hac ratione cum Christi caro nequitur a nobis comedatur , non comeditur profecto se-
condum literam , sed sacramentaliter . Vel eucharisticum panem eatenus appellat Origenes
corpus typicum & symbolicum , non quatenus abuentis corporis Christi typus est & sym-
bolum , quod vult Edmundus Albertinus , aliquo cum eo Heterodoxi : sed quatenus , cum
re ipsa sit corpus Christi , aliarum rerum typus est & symbolum , puta sui ipsius extra Sacra-
mentum , ut fuit olim in cruce , & ut est nunc in celo ; vel resurrectionis nostrae , iuxta Ni-
cennum Concilium ; vel unius eius corporis , cuius ipse (Salvator) caput exiit , cuique nos tamquam
membra , art. simia fidei ipse & charitatis connexione adfictos esse volatis , iuxta Tridentinos Patres . E
vel fidei & promissionis , juxta Clementem Alexandrinum . Penitus confirmant expositi-
onem istam timiles locutiones Origenis , in quibus res quedam symbolica appellantur , vel
symbolice tales , talefve esse dicuntur ; non quod revera tales , talefve non sint ; sed quod
cum tales , talefve revera sint , aliarum tamen rerum symbola sint . Sie Tomo 32. in Iohann.
p. 405. Iohannem ait symbolice recubuisse in sinu Christi : non quod revera in sinu Christi
non recubuerit , sed quod recubitus ille symbolum esset propensi affectus & pronae fidei
quam erga Christum gerebat Iohannes . Similiter Tomo codem pag. 412. ait symbolice
noctem fuisse , cum Iesum proditoris Iudas exiit ; non quod revera nox non esset , Iohannes
quippe noctem fuisse scribit cap. 13. v. 30. sed quod nox illa symbolum esset noctis alterius
qua Iudei anno incubabat . Quinetiam Tom. 14. in Matth. pag. 363. Paulum jus-
fisse ait , ut Episcopus , Presbyter , & Diaconus , quos symbola fuisse vult veratum rerum ,
symbolice monogami sint ; non quod revera monogamos non esse velit , tales enim esse
debere satis hoc loco docet ; sed quod monogamia illa symbolum sit munditiae animae ,
quam tueri debent , qui sacra administrant . Idem præterea Tom. 16. in Matth. p. 410. sum-
mum Iudaorum Sacerdotem , symbolicum appellat ; non quod Sacerdos revera non esset :
quis enim hoc neget ? sed quod symbolum esset veri Sacerdotis Christi . Ibidem sacrificia
Mosaicæ Legis , symbolica appellat : non quod revera sacrificia non essent ; sed quod sym-
bolæ essent sacrificiorum quæ sunt pro peccatis . Addit demum , cum subjungi , corpore
nempe suo , vectum Iesum excepti vera Ierusalem , superna scilicet , tunc dissipata fuisse
Ierusalem , quæ umbra est : umbram dicens , pro co quod symbolum dixerat : non quod

A Ierusalem inferior, terrena nimurum, revera Ierusalem non esset; sed quod umbra esset & symbolum superne Ierusalem. Pari modo igitur, cum corpus Christi appellat symbolum & typicum, non illuc revera adeste negat Christi corpus, sed praeiens illic Christi corpus symbolum & typum esse vult rerum aliarum, earum nempe quas commemoravimus, puta sui ipsius extra Sacramentum. Id quod satis indicat Origenes, cum proxime subiungit: *καὶ αἱ ἄλλαι αὐτοῦ λεγοῦσι τὸ πότην, δὲ γέροντας οὐρανοῖς, καὶ αἱ Γῆν Εὐρώπη*. Multa autem de ipso Verbo dici possunt, quod eas factum est, *τοντούς τε καὶ τοντούς*, &c. in quibus differit de Christi corpore extra Sacramentum. Nulla haec, quam damus, aptior vel solidior ex cogitari potest loci huius solutio, ut pote qua ex consimilibus Scriptoris eiusdem testimoniis petita sit, & mentem ipsius manifeste declareret. Frustra igitur ex superioribus Adamantij de Eucharistia verbis praedictis causis sue arcessere conati sunt multi temporumistorum Heterodoxi. Frustra quoque locum ab Haereticis depravatum suspicatus est Sixtus Senensis Biblioth. lib. 6. Annot. 66. Frustra ab Erasmo interprete corruptum conjectati sunt Genebrardus, & Perronius; cum integritatem loci manu scriptorum Codicium Graecorum consensus aperte proberet.

Præter duo illa Origenis testimonia, quibus de Eucharistie sacramento perpetam sensisse visus est, alijs quatuor generis eiusdem affert Petrus Martyr in libro contra Gardinerum, unde causam suam non parum confirmari putat. Prior locus de promulgatis est ex Homili. 16. in Num. *Biberemus sanguinem Christi non solum sacramentorum riu, sed & cum sermones eius recipimus, in quibus vita consistit, sicut & ipse dicit: Verba que locutus sum, spiritus & vita est.* At manifeste facit illud pro Catholicâ causa, nam sacramentalem sanguinis Christi potationem ab alia fecerit, qua verbum Christi auribus & mente, spirituali quodam modo bibitur. Nec plus valet pro adversiorum partibus alterum hoc è Tractat. 35. in Matth. *Panis iste quem Deus verbum corpus suum esse faciet, verbum est nutritiorum animalium, Verbum de Deo Verbo procedens, & panis de pane caelesti: cui consimilia reperiit est Homil. 7. in Levit. ab Hermanno Bodio in Collectaneis adversus Catholicam doctrinam usurpata: nam si juxta literam id sumendum putamus, ut sumendum vult Martyr, quomodo panis ille qui cœnanti Christo oblatus est, fractus, & Discipulis distributus, quemque suum esse corpus dixit Christus, nihil aliud est quam *verbum animalium nutritiorum*, quod contendit Bodius? quo modo panis ille, secundum id quod ex materia concretum habet, in ventrem abit, & D in secessum ejicitur, ut ex Origenis Tomo II. in Matth. objecisse Martyrem supra notavimus, si panis ille *Verbum est animalium nutritiorum?* Certe tota haec Origenis de pane illo dissertatione Tractatus 35. in Matth. allegorica est. Nec validius est, quod hinc colligit Martyr, corpus Christi esse panem, cum scriperit Origenes: *Panis iste, quem Deus Verbum corpus suum esse faciet.* Panis enim dicitur corpus Christi, quia panis fuit, & nunc quoque cum corpus Christi est, panis speciem gerit. Hinc appellatur etiam *ἄρτος οἰκολογίας*, & consecratus panis, hoc est, ut sic loquar, panis transubstantiatus in corpus Christi.*

E Apertissima vero loci tertii sententia, ut frustra cam perversa explicatione corrumpere Martyr contendat. Talis ille est Homil. 9. in Levit. *Ritus quidem apud Veteres propitiacionis pro hominibus qui fiebat ad Deum, qualiter celebraretur edocuit: sed tu qui ad Christianum venisti, Ponisi eum verum, qui sanguine suo Deum tibi propitium fecit, & reconciliavit te Patri, non bercas in sanguine carnis, sed disce potius sanguinem Verbi, & audi ipsum tibi dicentem, quia hic sanguis meus est, qui pro vobis effundetur in remissionem peccatorum.* Agitur hoc loco de sacrificiis Moysiacis, que figura erant mortis Christi: idcirco non herendum scribit Origenes in sanguine carnis, hoc est in sacrificiis Testamenti Veteris, sed mentem ad sanguinem Christi, & sacrificium Nova Legis esse erigendam. Quis hic cavillationi locus?

F Sumtum è libro 8. contra Cel. postremum Origenis testimonium sic se habet: *ιεροῖς δὲ τοῖς ταῖς μητρῶις λαρυστοῖς, ηγέραις τοῖς λαρυστοῖς τοῖς σοθιστοῖς φεγγάρηδοις αἴροντες τοὺς ψυχρούς στάθματα τοῖς λαρυστοῖς παραστατεῖσθαι τοῖς χερσαῖς.* Celsus refutat Origenes, qui rebus universis prefatos esse Dæmones centens, quæcunque ad viatum comparant homines, quæcunque vel edendo vel bibendo consumunt, fruges, vinum, bacca arbórum, aquam, & ipsum quoque acrem, à Dæmonibus accipere arbitrabatur; multisque in contraria adductis sententiam, concludit tandem Adamantius panes qui nobis ad esum offeruntur, Christianos Dæmonibus acceptos non referre, sed Deo rerum conditori, eosque cum gratiarum actione recipere; ac per preicationem corpus quoddam sanctum ipsos effici, sanctos efficiens quicunque eo cum fano proposito utuntur. Ad Eucharistiam minime haec videntur pertinere. Quod & ipse fatetur Albertinus. Quod si quis tamen contradicat, non afferat modo, sed Ecclesiæ etiam doctrinam his confirmari pertendant; panes quippe ait per preicationem, per mystica nimurum verba, corpus effici sanctum, & sanctos efficiens, qui cum fano proposito eo utuntur; corpus videlicet Christi.

Martyri succenturiatus prodit in pugnam Albertinus, recensisque aliquot testimonios A
ex Origene iam ante à Martyre deponitis, quatuor indidem petita de suo addit, ad trut-
ianam nostrā revocanda. Prius habetur Tom. 32. in Ioh. p. 411. ubi de offula Iude à Iesu por-
recta differens, vim ei quamdam ac virtutem à Christo inditam fuisse vult, quæ Iude utilis
esse potuisset, nisi offula pravertisset Satanus, & ne beneficia eius vi frueretur proditor,
occupato ipsius corde impedivisset. Tum id gemino illustrat exemplo, priore corporis &
sanguinis Christi, quæ pro eius pietate vel nequitia qui suscipit, utilia sunt vel noxia; al-
tero panis illius communis quo alimur, qui que pro comedentis habitu vel sanitatem con-
fert ac vigorem, si valenti corpore, vel morbum, si febribuloso ac infirme exceptus sit.
Locutus ita conceptus est: καὶ οὗτος δὲ ἐπὶ τὸν πάτερα εἰς τὸν λέγοντα, ὃντα δὲ αἰτήσας εἰπεῖν
τὴρ δὲ τὸ κύριον, ἡ θυμὸς αὐτοῦ τὸ πάτερον, εἰς τὴν κέλεων εἰς πίνειν, ἢ μιαδὲ τὸν εὐτέλοντον, B
δικαιούμενον, εἰς τὸν πατέρα, ταπεινώντι ποιῶντι κριτισμόν. ἀνταρρεισθεὶς τὸ βαῖλον, λέγει δὲ
ἐμπονοῦσι τὸ κέρασμα. Μάτι τὸ διάτονον λαμπεῖσθαι τὸν διάτονον καὶ τὸ λανθάνοντος τὸν
τοῦ λαζαρίτην, φάσεται. ἀλλὰ ἐνεισεῖ ποιῶν εἰς στοματα, τοῦ ἢ λεπρὸν εἰς κείμενα, ὃς μὴ τὸ φανεῖσθαι
λαθεῖσας εἰς αὐτὸν ἢ στοματαν τοιεῖσθαι δὲ ἀρτες καὶ τὸ ποτεῖον διεὶς μέρη αποτελεσθείσιν ἢ τὸ κοινωνεῖσθαι τοῖς
τὸ λαζαρίτην ἐνεδροῖς. τοὺς δὲ λαζαρίτους αὐτούς μηματισθεῖσιν, καὶ τὸ διατεῖσθαι τὸ
ἀλεύθερον τὸν πατέρα τὸν λαζαρίτην. εἰς δὲ τὸν πατέρα γένεται λεπρὸν ὅπου καὶ τὸ σφραγίδων τὸν πατέρα
πορεύεται πατέραν αὐτοῦ, εἰς ἄγελας ἢ τὸ λαζαρίτην αὐτῷ. Ex his si ratioinatur Albertinus:
Officium Iudea porrectae eiusdem erat genitus ac Eucharisticus panis, iuxta Origenem: Φω-
πλοιον διεγένετο τὸ διάτονον καὶ τὸ λατρεύοντα. atqui offula illa merus fuit panis: merus igitur &
ille. Attendisset vero subtilis ille disputatione quæ in exemplum assumuntur, in eo debere C
convenire cuius causa institutio comparatio, discrepare posse in aliis, hoc est partim esse
διαφορού, partim ἐπεργού. hic autem institui ab Origene comparationem offulae Iudea
oblatæ cum pane Eucharistico, non ad explicandam panis Iudea porrecti naturam, sed ad
declarandum eius effectum, ac vim iuvandi, vel nocendi pro sumentis habitu: atque ita
esse διαφορού, quoad illam efficientiam, de qua hoc loco queritur; ἐπεργού vero quoad na-
turam, de qua nulla penitus hic habita est disputatio. Fimbria vestis Christi quæ αὐτὸν
sanavit, ex contactu sacri corporis Christi virtutem contraxerat, itidem ut offula a Iesu
Iudea porrecta. Fimbria contactus, pro tangentis pietate vel nequitia, utilis esse poterat, vel
noxius. Pari ergo jure fimbria contactus cum panis Eucharistica eu comparare Origenes
potuit; utraque enim in eo conveniebant, quod pro tangentis & edentis habitu salu-
bria vel damnotha esse poterant; in aliis discrepabant. Id si fecisset, utraque sane dicere
potuisset διαφορού, nempe quoad illam vim & efficientiam; non quoad naturam. Idem di-
cas de offula Eucharisticu pani assimilata. Alioqui cum offulam Iudea porrectam panis illi
quo vitam sustinemus, similem esse dixit Origenes, hoc est διαφορού, in eo nempe quod ut
illa anima, sic ille corpori pro comedentis habitu robur conciliare potest, vel morbum;
concludam utique eadem virtute pollere panem nostrum quo vescimur, ac offulam illam,
eui peculiarem vim contactu suo Christus indidit: quod est absurdum. Quid si præterea
offulam illam fuisse panem ipsum Eucharisticum. Iudea porrectum Origenem existimasse
dicamus? Profecto locus iste contrarium nihil habet huic sententiae, quam & Cyrillus, &
Anastasius Sinaita amplexi sunt. Id si sit plane διαφορού fuerint Eucharisticus panis & offula E
Iudea porrecta, & quoad efficientiam, & quoad naturam.

Parem propemodum adhibebimus explicationem loco alteri ex Hom. 7. in Levit. quo agitur de præcepto Aaroni, & Sacerdotibus tradito, ne ad altare accessuri vinum biberent. Quoniam autem Lex est umbra futurorum bonorum, quid hac Lege significetur perfervans Origenes Christum hunc esse Pontificem censuit, Sacerdotes Apostolorum; & Christum quidem cum ad altare, cruciem tempe ester accessurum, in septuaginta coena vinum quidem non bibisse putavit, his inductus verbis Marci 14. 25. Amen dico vobis, quia iam non bibam de hoc genere viuis, usque in diem illum, cum illud bibam novum in regno Patris mei: Apostolos vero bibisse vinum, quia nondum ad altare crucis erant accessuri. En tibi ipsa verba: Videamus quomodo id vero Pontifici Christo Domino nostro, & Sacerdotibus eius ac filios, nostris Fvero Apostolis possumus apicare, &c. Queritur ergo quomodo Dominus & Salvator noster, qui est verus Pontifex, cum Discipulis suis, qui sunt veri Sacerdotes, antequam accedat ad altare Dei, bibebat vinum; cum vero accedere experti, non bibebat. Venerat in hunc mundum Salvator, ut pro peccatis nostris carnem suam offerret hostiam Deo. Hanc priusquam offerret, inter dispensationum moras vinum bibebat: denique dicebatur homo votax, & vini potator, amicus publicanorum & peccatorum. Vbi vero tempus advenit crucis sue, Accipiens, inquit, calicem benedixit & dedit Discipulis suis, dicens: Accipite & bibite ex hoc. Vos, inquit, bibite, quia non accessuri estis ad altare. Ipse autem tanquam accessurus ad altare, dicit de se: Amen dico vobis, quia non bibam de generatione viuis huies, usquequo bibam illud vobiscum novum in regno Patris mei. Hinc Albertinus effici putat Christi Discipulos merum vinum in ultima coena bibuisse, quemadmodum A-

A non & Sacerdotes ad altare non accessuri merum vinum bibebant ; nec capere se dicit quid contra opponere possumus. Respondeo vero Origenem , cum existimavit vetus illud Levinici praeceptum , quo Pontifici & Sacerdotibus ad altare accessuris vino interdicebatur , umbram eorum tuisse qua Christo & Apostolis contigerunt , quando ille ad altare crucis accessurus vino abstinuit , hi vero nondum ad crucis altare accessuri vinum bibe-
runt , id sibi voluisse , vinum Aaronis & Sacerdotum in eo *αὐτῷ* fuisse Eucharistico vino
Christi & Apostolorum , quod utroque abstinerent qui accessurri erant ad altare , ab iis vero
qui non essent accessurri ad altare utrumque biberetur ; qua de re scilicet hoc loco ageba-
tur : in aliis autem tuisse *αὐτῷ* , ac in eo praecipue quod Aaronis & Sacerdotum vinum ,
merum esset vinum ; Christi vero & Discipulorum , specie duntaxat . Vrgebit vero aliquis
B dicens nulla hic nota distingui vinum illud quod cum publicanis & peccatoribus bibebat
Christus , ab eo vino quo in ultima coena abstinuit ; sed utrumque opponi vino Aaronis ,
ac proinde simile fuisse vinum quo Christus abstinuit in postrema coena , vino quod cum
publicanis & peccatoribus biberit . Respondeo satis fuisse Origeni , recte institui posse com-
parisonem vinum inter Aaronis , & vinum à Christo sive epotum in vita decursu cum pu-
blicanis & peccatoribus , sive non potum ; sed Discipulis traditum in ultima cena . Nam
quamvis hoc specie tantum esset vinum , revera esset Christi sanguis ; illud vero & specie
& re vinum esset , non in eo similitudinem quæsivit , vel querere debuit Origenes , quod
utrumque , vinum esset vel re , vel specie , sed in eo quod illo accessurus ad altare Christus
abstinuerit , illud non accessurus ad altare biberit : quemadmodum veteris Testamenti
C vino abstinebant Pontifices & Sacerdotes accessuri ad altare , idem vero non accessuri ad
altare bibeant .

Tenuerit vero & infirmum tertii loci robur , quem è Prologo in Canticum profert Albertinus . In eo hominis exterioris , corporis nimurum , proprium quemdam esse cibum scribit Origenes , corporeum scilicet & terrenum : interioris vero hominis & spiritualis pro-
prium quoque esse cibum , panem nempe vivum qui de celo descendit . Sed ipsa repetita
verba : *Est materialis huic homini qui & exterior appellatur , cibus , potusque natura sua cognatus , corporeus iste scilicet & terrenus . Similiter autem & spiritualis hominis ipius , qui & interior dicitur , est proprius cibus , ut panis ille vivus qui de celo descendit . Sed & potius ille est ex illa aqua quam promittit Iesus dicens : Quicunque biberit ex hac aqua quam ego do , non morietur in eternum . Sic ergo per*
D *omnia similitudo quidem vocabulorum secundum utramque hominem ponitur ; rerum vero proprietates uniuersique discreta versatur , & corruptibili corruptibili prebentur ; incorruptibili vero incorruptibilia proponuntur . Unde accedit ut simpliciores quidam nescientes distinguere ac secernere qua sint que in Scripturis divinis interiori homini , quo vero exterior deputanda sint . vocabulorum similitudinibus falsa ad ineptas quasdam fabula & figura inanis se concenterint , ut etiam post resurrectionem cibis corporalibus utendum crederent , potumque sumendum non solum ex illa vite vera & vivente in secula , verum & ex his vitibus ligni . Tantum absit ut hinc aliquid pro sua causa colligere possit Albertinus , ut vel ipsius opinioni contrarium id potius & adversarium sit ; vel certe pro neutra parte pugnet . Duplex siquidem cibus , duplex eius interioris hominis intelligi potest : vel cibus sacramentalis , quem Christi corpus ore recipimus ; vel alter , quem Verbum*
E *carnem factum fide apprehendimus & comedimus , quorum uterque capite Iohannis sexto exponitur ; hic quidem à versu 31. ad hæc verba versus 32. Et panis quem ego dabo ; ille vero ab his verbis ad versum 59. Si cibus ille intelligitur , quo Verbum carnem factum fide comedimus , quid inde efficere possit Albertinus , non video . Fatemur enim Verbum car-
nem factum , quatenus fide apprehenditur & comeditur , anima proprium esse ci-
bū , non corporis . Et ne quid disimilem , hunc esse loci intellectum censeo . Sin vero
cibus sacramentalis hic significatur , suo sibi gladio iugulatur Albertinus ; nam cibum illum
vocabulo tantum cum cibis reliquis convenire fit Origenes , suam vero unumquemque
proprietatem servare ; illos corrumpi , hunc integrum manere : sic nos panem Eucharisti-
cum cum aliis panibus vocabulo convenire dicimus , re ipsa disprepare ; hos corrumpi ,*
F *corpus vero Christi , corruptiss accidentibus , incorruptum manere : & quamvis corpore , itidem ut alii panes excipiatur , illos tamen in alimentum corporis mutari ; hoc anima , in-
teriori scilicet homini ac spirituali , alimoniam subministrare , accidentibus duntaxat cor-
pus alentibus , postquam in novam substantiam conversa sunt . Qui vero hac sententia sua
accommodabunt Heterodoxi , cum panem Eucharisticum nomine tantum cum panibus
reliquis convenire assertat Origenes ; illi non nomine solum , sed re ipsa penitus convenire
dicant : hunc anima , hominis nempe spiritualis & interioris , pabulum esse tradat Orige-
nes ; illos corpus alere Heterodoxi putent : hos corporeos & terrenos appellat Origenes ,
ut ab illo distinguat qui spiritualis est , mysticus , & sacramentalis ; Heterodoxi vero & hunc
& illos plane corporeos & terrenos esse decernant ?*

Ultimum locum , quoniam ex Dialogo De orthodoxa fide , spurious quippe libro , & Ori-

z iii

152 genis nomen falso præ se ferente peritus est , nec ad hoc pertinet institutum , præter- A
mitto.

Lepidus vero est Albertinus, cum adverlus Bulengerum disputat, qui Catholicum de Eucharistia dogma defendebat hoc Origenis testimonio : *καὶ δὲ ὁ ἀρχὺ μετέπειτα, τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ εἰς τὸν πίνακα τούτον ἤγειρεν τὸν ἄριθμόν τους τεσσάρους, καὶ τὸν αὐτὸν τὸν ψήφον τοῦ ἀριθμοῦ τούτου τούτων εἶπεν*. Nam qui sit panis participes, corpus Christi participat: nec enim attendimus ad naturam rerum sensibiliter propositarum, sed ergo animam per fidem ad corpus Verbi. Nam non dixit: *Hoc est symbolum, sed Hoc est corpus, ostensio*, ut ne quis puer typum esse. Non nodum solvit Albertinus, sed fecit hac responsione: *Fidetius locus est, ac Graeculi forte aliquius recentioris, Origeni falso affectus: Bulengerus enim ipsem alium adducit ex eodem Origene locum, ubi plane in B contrarium aut de pane & vino Eucharistico illa amitypa esse Dominicis corporis: αὐτὸν εἰσ τὸ Διατελεῖν οὐαὶ τῷ Λεγαδιμόνῳ & in loco ex Commentario in Matthaeum supra citato, panem vocat corpus typicum & symbolicum, hoc est corporis typum ac symbolum. Quis autem eum crediderit tam prava etiā scripsisse? Abstinet igitur a nobistanta supinitas, ut verba hac nescio unde sumpta, tamquam Origenis genuina suscipiamus.* Alibi tamen Albertinus citata quadam ab eodem Bulengero loca Origenis, quæ causile sua creditit opportuna, pro germanis admisit: *Sic enim & Origenes, inquit, a Bulengero relatus ait contra Casaubonum Diarij, p. 166. τὰ δὴ τὰ τοιούτα ἡράπετραν εἰς Εὐαγγελικά ιατρικά & φαρμακά, Ε τὰ δὲ τὸν οὐρανόν αἰνιγματα γάρ εἰσ τὰ διατομέα οὐρανοπέτρας. Quia super rationali altari nostro perficiuntur, sanctificant mensam, & usque in ipsa sunt. Amitypa enim sunt Dominicis corporis. Commoda sane & facilis disputandi ratio; si quæ Catholicam C causam juvant testimonia, pro falsis ea, spuriis, ac fictitiis habere: si quæ videntur eidem contraria, his haud secus ac legitimis & genuinis uti. Vel prior sane solvatur locus, vel postremus non intentetur; quem nos tamen itidem excipimus ut alium, in quo Eucharisticus panis corpus typicum & symbolicum appellatur: nam *υπὲπι τὸν διετομέα οὐρανοπέτρας*, idem est ac si Sacramentum corporis Christi appelleret. Præterea non satis appetat aut de pane & vino Eucharistico illic agat Origenes, ut vult Albertinus. Ait enim quæ perspicuum super altari nostro rationali, hoc est in animo nostro, mensam, & usque que in ipsa sunt sanctificare, hoc est animum, & animi facultates. Non video cur hac ad elius potius sacramentalem referenda sint, quam ad eum quo Verbum carnem factum fide comedimus. Atque ut hic eius est *αὐτὸν τὸν sacramentalis eius, ita Verbum fide apprehensum, & ut ita dicam manducandum, αὐτὸν τὸν εἶσιν Dominici corporis*. Priore vero loco cum corpus Christi ait non esse typum, sic intellige, non esse merum typum & signum sine re signata, quæ vulgaris est typatio; sed non negat esse typum ac signum alterius generis, nempe re significata conjunctum. Atque haec in præfentia sufficiant. Qui plura volerit, Bellarmineum consulat libt. 2. De Eucharist. cap. 8. ubi non allata solum à Martyre Origenis exponit testimonia, sed plurima quoque cūdīm recitat, quibus recte de Sacramento Eucharistiae sensisse creditus est: & Nos quoque nonnulla ad Tom. II. Origen. in Matth. 15. super eodem argutamento observavimus.*

III. Ab Eucharistia sacramento progrediamur ad sacramentum matrimonij, circa quod à communioribus Ecclesia dogmatis Origenes in quibusdam abiisse videtur. Ptimus E Hom. ii. in Ierem. p. 115. quæcunque ex coitu & voluptate proficiscuntur, purgatione indigere ait: & Tom. 17. in Matth. p. 498. quodammodo pollutos esse vult, quicunq; veneris utuntur: ne eas quidem voluptates excipiens, quanu[m] matrimonium licentiam facit. Deinde libro 2. in Epist. ad Rom. incircumcisum appellat, qui concessis matrimonij jure voluptatibus intemperantius abutitur; circumcisum vero, si qui in huiuscmodi negotio legitimis, & quantum posteriati sufficit natura officiis. In quo præterquam quærenda sobolis gratia, congersum omnem conjugalem videtur respuere, etiam illum qui ut debitum redditur, vel vivanda temptationis causa perpetrat. Sed haec quoque in voce *legitimis* contineri possumus respondere: vel circumcisum quidem eum esse qui procreanda tantum ad cultum Dei prolis causa actu[m] conjugalem exercet: at non incircumcisum, qui alios præterea fines spectat, sed qui intemperanter se gerit. Hieronymus certe libr. 2. in Epist. ad Ephes. cap. 5. reliquos omnes videtur improbare fines, unum hunc admittere, quo soboles compara[n]da proponitur: si, inquit, ita uxor subiicienda viro est, ut Christo Ecclesia; inter virum & uxorem erit sancta conjunctio, & namquam corporis seruent passionibus: Corinthiis vero, ut infirmis, needum solidâ pietate roboratis mutuam debiti solutionem per orationem & indulgentiam Paulum concessisse dicit; at Ephesiis, ut pote in Christi doctrina provectionibus ademisse, uniuersique tamen vel Ephesiis, vel Corinthiis exemplari fas esse. Et paulo post: Liberorum ergo, ut diximus, in matrimonio opera concessa sunt. Voluptates autem, que de mercetricum capiantur amplexibus, in uxori dannatae. Hoc legens omnis vir & uxor, intelligentib[us] bestiis post conceptum magis orationi quam connubio serviendum. Et quod in animalibus & bestiis ijsu natura iure prescriptum